

CHE IN DERISUM DEINSI. — Graece, propter hoc velut pueris ratione carentibus judicium, sive panam, in iudibrium misisti. In Graeco est pulchra paronomasia: *παιδίον* enim, id est puer, dicitur quasi *παιδίον*, id est *Iudeus*: *Ιουδαῖος* est *Iudeo*, iudificatio; *Ιουδαῖος* (que vox hic in graeco est), *iudicatio*; *Ιουδαῖος*, *iudicamentum* quo aliqui illidimus, q. d. Quia Chananei velut pueri, pueriles res et bestiolae pro diis coluerunt, hinc eosdem quasi pueros per easdem, puta per vespas et crabrones, quasi puerilibus et ridiculis penis, sed acribus, castigasti et quasi iudicasti.

26. QUI AUTER IUDIPIRIS ET INCREPATIONIBUS (id est iudibris increpationis, ut Sabent graeca: est hendiadys) NON SUNT CORRECTI (graeco, πάτεροι, id est non sunt admoniti, non sunt hac admonitione emendati) DIGNUM DEI JUDICII EXPERTI SUNT. — Graece, experientur, id est experti sunt: loquitur enim de Chananeis preferitis, q. d. Chananei, qui ludicris vesparum penis non sunt emendati, hi durum iudicium, id est supplicium, subierunt, cum a Ioseph et Hebreis funditus sunt exsisi, et ad internectionem deleti. Pro iudibris, graece est *παιδίον*: *μάρτυρος* autem est *iudicatio*, iudicium, uti sunt avicula, apes, musce, rane, quibus ludum pueri: iisdem eam quasi ridiculis et puerilibus nugis, Deus castigavit Egyptios et Chananeos. His opponit dignum Dei iudicium, id est serius graveque supplicium mortis et exterminioi totus genitus Chananeorum, quo Deus tolli mundi suam in puniendo omnipotiam, sequacae justam iram et vindictam ostendit.

27. IN QIBUS ENIM PATIENTES INDIGNABANTUR (multi codices addunt, imo preponunt, in his enim que patiebantur, moleste ferabant, que verba videntur addita ex alia versione; unde Romani ea delectant, idem enim dicunt et repetunt) PER HAC QUOS PUTABANT DEOS, IN IPSIS CUM EXTERMINABENTUR VIDENTES ILLUM, QUEM OLIM NEGABANT SE POSSSE, VERUM DEUM AGNOVERUNT: PROPTER QUOD ET FINIS CONDEMNATIONIS EORUM VENIT SUPER ILLOS, — q. d. Chananei, dum patiencientur acries mor-

sus vesparum et villum aestofarum, indignabuntur quod per illas, quas, vel quarum similes, ut deos coherant, exterminarentur: quare viventes, et sentientes, id est animadverentes, Deum Hebraeorum, quem olim negabant se nosse, has plagar sibi infligere, cum ut verum Deum agnoscere coacti sunt, ut patet *Judith*, v. 20; *Jos*. n. 9. Sed sero, et invite ac coacte: quocirca equum fuit, ut extrema clade plecerentur, quare «finis condemnationis (id est extrema damnatio, executionem et exterminium) venit super eos, » cum scilicet a Ioseph et Hebreis per bella funditus sunt abficii. Alii hec referunt ad Egyptios, qui a Mose mersi sunt in Mari Rubro; sed de Egyptis agit cap. xi, hoc vero cap. xii agit de Chananeis: ita S. Bonaventura, Dionysius et alii.

Pro patientes Complutenses et Regii legunt, impatientes: utrumque verum, patientes enim corpore fiebant impatientes animo; unde ex Complutensis sic clare veritatem Janensem, nam cum in his, in quibus patientes indignabantur, in his scilicet quos putabant esse deos, quando per ea puniebantur, sensissent cum quem olim negabant se nosse, tunc verum agnoverunt Deum: significare vult Pharamon, quibus ludum pueri: iisdem eam quasi ridiculis et puerilibus nugis, Deus castigavit Egyptios et Chananeos. His opponit dignum Dei iudicium, id est serius graveque supplicium mortis et exterminioi totus genitus Chananeorum, ita ut diceret: Peccavi: Dominus justus, et ego et populus meus impii. Orate Dominum, » etc. Verum jam dixi hic agi proprie de Chananeis; si quis famen per complexionem cum Cantacuzeno, haec tam de Egyptiis, quam de Chananeis accipi malit, non repugnabo: nam in sequentibus de utriusque mixtum loquitor.

Pro *venit*, nulli legunt, *venit*, scilicet in die iudicii, «finis condemnationis» reproborum, qui damnabuntur et trudenter in gehennam: verum graece est, *ἰατὸν*, id est *venit*, in praeterito: loquitur enim de transacto Chananeorum execu-

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Decessione Egyptiorum et Chananeorum, quos Deus ob sceleram praeferim idololatria exdidit, incipit tractatus de idololatria: haec enim maxime prima veritas et principia sapientiae, quod est agnoscere, timere et contere Deum verum, quasi ex diametro repugnat. Triplicem autem idololatria speciem assignat: primam, qua animalia viva colebant et sacrificabant, secundam, qua elementa et corpora celestia; tertiam, qua imagines et idola, ac de his omnibus maxime protractar per quatuor capita. Igmar hoc cap: insectatur eos, qui ex creaturis non agnovere creatorem, sed creaturam quasi creatorem coherunt, a vers. 1 ad vers. 10; inde ad finem capituli gravius increpat eos, qui idola lignea, lapidea, testacea ab artifice efformata ut deos adorant, invocant, de futuris consulunt, eorumque open implorant.

1. VANI AUTEM SUNT OMNES HOMINES, IN QUIBUS NON SUBEST SCIENTIA DEI, ET DE HIS QUE VIDENTUR BONA, NON POTUERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST, NEQUE OPERIBUS ATTENDENTES AGNOVERUNT QVIS ESSET ARTIFEX. — Hoc est thema totius capituli et trium sexaginta, nimur ostendere, tum vanitate idololatrarum, philosophorum ceterorumque minorum qui creaturis fruuntur; tum opposi-

1. VANI AUTEM SUNT OMNES HOMINES IN QUIBUS NON SUBEST SCIENTIA DEI: ET DE HIS QUE VIDENTUR BONA, NON POTUERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST, NEQUE OPERIBUS ATTENDENTES AGNOVERUNT QVIS ESSET ARTI-

PEX. — Hoc est thema totius capituli et trium sexaginta, nimur ostendere, tum vanitate idololatrarum, philosophorum ceterorumque minorum qui creaturis fruuntur; tum opposi-

veritatem fidelium Dei cultorum, qui Deum agnosceret, colere et amare satagunt: hec enim vera est cognitio, cum prior sit vana, imo mens vanitas et insipientia. Greco, vanum enim, vel stultum (utrumque enim significat pax, unde illorum matti, id est stulti) sunt omnes homines natura, in quibus fuit ignoratio Dei. Natura, gratus enim, id est natura inde, propensione, corruptio; item per se, sponte sua: sicut enim omnis res creata, quatenus ex nihil creata est a Deo, vana est, et ad suum nihilum vergens et propendens, sic et homo, praeuersus post lapsum Ad, quo natura humana corrupta est, mortuus obnoxia effecta: ex hoc canit lapsu enata est in homine concupiscentia, quae cum ad res vanas, mortales et mortificantes instituit, atque ignoratio dei rerumque divinarum, que ad salutem et felicitatem dicuntur; ex qua prognata est multitudine idololorum, heres, errorum et scelerum. Syrus, vani sunt homines, qui non agnoscunt Deum; Arabicus, quoniam omnes homines, in quibus est defectus scientiae, vere vani sunt. T. quantum, vel, ut greco est, prius, id est signatum, etenim, dat causam, cur Chanae in tot tantaque sceleris prolapsi sint, tamque graviter a Deo puniti, quia scilicet Deum verum non agnoverunt, ne reverenter sint.

Seruentem Dei intellige non tantum speculacionem, sed et praecausum conuenientem eum Dei cultu, timore, obedientia, et amore; vani ergo et stulti fuerint idololatri, qui Deum ignorantes, idolum coluerint et colunt: vaniores et stultiores fuere philosophi, qui eum Deum per scientiam naturalem cognovissent, cum tamen non ut Deum ea pietate et puritate, qua per erat, coluerint et glorifieauerint, quos profinde acriter castigavit Apostolus, Rom. i. Vanissimi et stultissimi sunt fiducie, qui cum Deum per fidem cognoscant, certaque ex ea habeant spem alterius felicitatis, eum tamen ejusque legem spernunt, ut illiciunt suis voluntati perfruantur: hi enim verbis Deum confitentes, sed factis negant, quare quo miserores habent Dei cognitionem, eo maiorem malitiam, ideoque maiorem punitionem sibi accersunt: nam « servas, qui cognovit voluntatem domini sui, et non fecit, etc., vapulabat multis, » Luc. xi, 47: vide dicta Eccl. i, 1, ut illa: « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, praeceps amare Deum, et illi soli servire. » Hoc est, quod queritur Isaia, cap. v, 13: « Propterea captivus datus est populus meus, quia non habuit scientiam; » et Ossee, cap. vi, 6: « Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellente, ne sacerdotio fungaris mihi; » et Baruch, cap. iii, 28: « Et quoniam non habuerant sapientiam, interierunt proper auam insipientiam. » Huc facit illud alibi a me citatum, sed hinc loco proprium, ideoque iterum:

Quod Christum nosci, si sci, si cetera nosci:
Quod Christum nosci, si sci, si cetera nosci.

Felix a mundo abstractus, qui virgit eterno
In regula, et mentem tollit ad aeternam.
Felix qui multi junctus, non plena versans
Disribuit, peccus sed dedit omne Deo.

Igitur, sicut uter vel follis vino vacuus, sed vento turridus, vanus est, quia nihil in se habet solidum, sic philosophus, orator, theologus Dei praefacta cognitione, gratia et amore destinatus, et inani scientie vento fastuque inflatus, vanus est et stultus; bulla est vento tumida, que mox ab aere diffabiliatur; pappus est, cuius villos maxima aera disperget; vapor est, fumus est, qui mox tenues vanescit in auras.

Osterna veritas, et vera charitas, et clara eternitas! Iu es Deus meus, ad tuos suspiria die ac nocte, sed Augustinus, lib. VII Confess. Et S. Bernardus moriens apparet Guilielmo de Xonte Possidiano dixit, se in monte Libanum (in celum) ascendere, addidicisse: « Nulla hic scientia, nulla veri cognitio, sursum sensum plenitudo, sursum vera nullita veritatis: » ita habet quis Vita. Quia et Plato, lib. De Timideitate: Sicut sol, aut, ex ora stellaris abscondit, tunc suo splendoris perennis nostris oculis, ita quoties anima oculi sinerit, puro fulgidissimoque luciferi Dei, subtili splendorie irradiant, nihil aliud possunt inspirare: affulgens enim ejus, qui est, cognitio nihil non illustrat, ut etiam quae sunt per se splendissima, collatione hae obscurerent. Denique S. Iustinus initio Dialog. contra Tryph., docet, veram philosophiam et sapientiam consistere in Dei cognitione et cultu, eamque frustre se quiescisse apud platonicos, stoicos, epicureos, ceterosque philosophos, ut tandem admotum enjundam sancti inventisse in S. Scripturis, puta in libris apostolorum et prophetarum.

Et de his quae VIDENTUR (perperam in Regis contrarie legitur, que non existunt) bona, NON POTERUNT INTELLIGERE EUM QUI EST: — Grace, et de bonis visibilibus non poterunt cognoscere in terra, id est existentem: Deus enim grex dicitur et sic, id est ipsum ens, in genere neutro; vel etiam, id est qui est, in genere masculino, quia Deus est prius, summus, incrementum, aeternus, immensus, immensus, quod per se existit, et a seipso suum esse habet, in quo est omnium entium rerumque plenitudo et perfectio, vel formaliter, vel emanante, denique a quo omnia et singula totum suum esse accipiunt: quare ipse est essentia oceanus, et sentire pelagus infinitum. Porro ali: « Ex his quae Videntur bona, » id est ex entibus visibilibus, quae Dei creata sunt bona: « vidit enim Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona, » Genes. i. Bo-

tem enim et ens convertuntur, bonum enim est passio et proprietas entis: quare quantum est ens, tantum est et bonum, unde Deus, qui est summum ens, pariter est summum bonum. Sensus est, q. d. idololatrie non valuerunt ex entibus homines que illis cognoscere ens et bonum infinitum, a quo illis omne suum esse omnipotem honitatem haeserunt; non valuerunt, quia non voluerunt execravit enim illos malitia eorum, » ut dicit cap. ii, 21, quia scilicet magis amarunt tenebras, quam lucem: vanitatem enim et vanis concupiscentias addidicunt, nobiscum appetere oculos Soli justitiae, puta Deo, utrum agnoscere saneteque corlerent. Nam eos ex creaturis potuisse et debuisse agnoscere creatorum, clare assertit vers. 5: Deus enim est suum et aliorum omnium esse; si ergo tuum et aliorum esse cognoscas, atque oculos et Deum, a quo tuum et aliorum esse magis dependet, quam a teipso, et a tua essentia, nisi enim Deus hanc continue conservaret, illico ipsa in nihilo suum rueret et rediret: quare si rogeris, « Quis es tu? » respondens cum S. Joanne Baptista: « Ego sum, qui non sum. » Sicut Deus a Moysi regalat: Quis es, Domine? vice versa respondit: « Ego sum qui sum. »

Nota: Proprium Dei nomen est Ens, vel Qui est, unde illud Deo dederunt prophete, apostoli et theologi, atque ad philosophos: prophete ad Moses, qui interrogat Deum quomodo vocaretur, ab eo auditiv: « Ego sum qui sum, » sive « ego sum Jehovah, » id est, qui est, Exod. cap. iii, et cap. vi, 3: vide ibi dicta. Job. cap. xiv, 4: « Quis potest facere mundum de immundo? concepcionem: nonne tu qui solis es? » David, Psalm. cx, 26: « Tu autem idem ipse es; » Jeremias, cap. vi, 19: « Qui fecit omnia, ipse est, et Israel sceptrum hereditatis ejus. » Dominus exercitum suum nomen ejus. S. Joannes, Apocal. i, 8: « Qui est, et quid est, et qui venturus est, » Esther, cap. xv, 11: « Ne tradas, Domine, sceptrum tuum, inquit, his qui non sunt, » id est idolis et idololatria. Solus enim Deus proprie plenarie est, idola vero et res ostentio potius non sunt, quam sunt, tam quia ex te non sunt, et quod sunt a Deo accepti: tam quia peccati malitia est quodammodo infra nihil, ideoque primus ejus anterior diabolus vocatur, Job, xxvii, 13, is qui non est, et peccatores vocantur sibi quis qui non est; unde Ezechiel, cap. xxviii, 19, loquens de superbo rege Tyri, qui erat typus diabolus: « Nihil, inquit, facias es, et non eris in perpetuum. »

Theologi, ut S. Justinus initio Dial. contr. Tryph., qui Deum ita definunt: « Quid in eodem similique habitu ac stilo semper est, ceterisque omniis causa est eur sint, id Deus est. » S. Gregorius Nazianzenus, In Iohannino, 45: « Quid est Deus? est, inquit, ens principium omnium et summum bonum, quid est angelus? prima Dei creatura. Quid damna deviant a bono. Quid est materia? forma-

rum basis. Quid forma? materie decor. Quid eccliam? rerum caducarum et firmarum limes. Quid astra? flamma, circuli cursorum tenens, quid avum? quod absque tempore assidue fluit. Quid tempus? mensura motus, quem sol facit. Quid homo? figuratum et image nobilis Dei. Quid vita? nexus carnis et mentis: quid mors? strigulae divulsio.

Quid mens? visus interior nullum terminum habens. Quid voluntas? motus mentis. Quid ratio? que vetum vestigat. Quid sermo? qui id ipsum eloquitur. Quid liberum arbitrium? velle moveri quo libet, » huc Nazianzenus. S. Ausilius in Prolog. cap. xxx, plenus et profundius de Dei esse et essenti philosophatur, quem audi: « Tu solus Dominus es quod es; et tu es qui eris: nam quod aliud est in toto, et aliud in partibus; et in quo aliquid est mutabile, non omnino est quod est; et quod incomptum non esse, et potest regari non esse, et nisi per aliud subsistat, reddit in non esse; et quod habet fuisse, quod jam non est, et futurum esse, quod nondum est, id non est proprio et absolute. Tu vero es quod es, quia quidquid aliquando, aut aliquo modo es, hoc totus et semper es; et tu es, qui proprio et simpliciter es, quis nec habes fausse, nec futurum esse, sed tantum presentem esse, nec potes cogitari aliquando non esse, » etc. Hinc Evagrius apud Socratem, lib. VI Tripart. cap. xxi, ali, Deum non posse definiri, sed quod non habent genus, aut differentiam, aut species, sed et plenitudo eius omniumque generum, specierum et rerum. Attalus martyr apud Eusebium, lib. VI Hist. cap. iii, a tyranno rogatus: « quod nomen Dei habebat? Qui pluris sunt, inquit, nominibus discernuntur; qui autem unus est, non indigit nomine. »

Philosophi, ut Plato, qui in Timaeo Deum vocat et, id est ipsum; Aristoteles, lib. VIII Physic., Deum nuncupat prius ens, causam primam, principium motens, quod cetera omnia motunt; unde etiam monstra dicunt sic Deum invocasse: « Nubes in hunc mundum veni, miser vix, dubius morior, quo venturus sim nescio: attamen tu ens entium, causa caesarum miserere mei. » Thales Milesius rogatus, quid in rerum natura esset veritatem? respondit: Deus, qui nunquam esse cepit: idem rogaris, « quid esset Deus? » respondit: « Quid principio et fine caret, » vel, « Quid semper est, » teste Laertio, lib. I in ejus Vita. Apuleius, lib. De Mondo: « Quid est Deus? » inquit, in temeni est gubernator, in curra rector, preceptor in choris, dux in urbe, imperator in exercitu, hoc est in mundo Deus. Alexander Magnus, cum in Ammonis templo a vale dictus esset Jovis filius: « Nihil, inquit, mirum: nam Jupiter omnium quidem natura patre est, sed ex his optimis quoque peculiariter suos facit. » Pythagoras, teste Philosopho, lib. I De Cato: « Ipsa tria, omnia sunt: ipsum vero ter est ipsum, » sive « id quod omni ex parte est, » unde aliqui suspicuntur eum: S. Trinitatem cognovisse, saltem

per umbras et obscure. Orpheus Deum vocavit principium, medium et finem universi : principium, inquam, ut omnia producent; medium, ut producta ad se trahentem; finem autem, ut perficiem ad seipsum rediuntia. Trismegistus, *Dialog.* v., loquens de Deo: « Nihil, ait, est in omni natura, quod illi ipse non sit; est illi siquidem, quae sunt: est ea etiam, quae minime sunt: que quidem sunt, deduxit in lucem; que vero non sunt, oculum in seipso. » Hinc Suidas asserit Hermann, sive Mercurium, *Egyptiorum sapientissimum*, qui Mosi fuit pene coevus, dictum esse Trismegistum, quod de sancta Trinitate divino dicendum spiritu locutus sit, dicens: « Et erat lumen intellectuale, et erat semper mens luminosa, et spiritus omnia continens. Extra hauc non est Deus, non angelus, non substantia ultra illa: omnium enim est dominus, et pater, et Deus, et fons, et vita, et potestas, et lumen, et mens, et spiritus, et omnis in ipso, et sub ipsum sunt; » hec illi per haec ipsum duntaxat attributi deitatis nosse velint. Verius Clemens Alexandrinus, lib. VI *Strom.*, eum Trismegistum, id est *ter maximum*, cognominatum ait, quod *maximum esset rex, philosophus et sacerdos*.

Neque opereis attendentes agnoverunt, quis (quodam et quantus) esset artifex. — Quis, scilicet celos, stellas, elementa, omniaque que in mundo sunt ex nihilo crearit, tamque artificioe quodam omnibus efformari? quis eadem tanto ordine disposuerit, tamque concordia consularit? quis illa ipsa continue conservet, foveat, augeat, propaget, ut pulchre docet Nazianzenus, orat. 34, que est secundum *Theolog.*, qui et apposite Deum comparat citharego, in domo citharam scite pulsanti, cuius melodiam foris audis, ejusque puritanis miraris, sed personam non vides: sic enim Deus hunc mundum quasi citharam harmonice mouet, ac suavissimum ex omnibus que in eo sunt consonantia concertum efficit, quem omnes stupent, ex quoque auctore admirantur, sed personam intueri nequeunt.

2. **SED AUT IGNEM, AUT SPIRITUM, AUT CITATUM AREM, AUT GYRUM STELLARUM, AUT NIMUM AQUAM, AUT SOLEM ET LUNAM, RECTORES ORBI TERRARUM DNI POTUERANTUR.** — Idolatria veterum in eo sita fuit, quod solem, cœlumque et alias creaturas coluerunt pro creatore; cuius origo et ratio fuit, prima, quod nihil esse crederent præter visibilem hunc mundum: quare negabant esse Deum, qui esset spiritus invisibilis: ita Plato in *Cratyl.*, quem citat Eusebius, lib. III *De Prepar.* cap. i: « Vetusissimos Graecorum, inquit, cœlum, stellas, solem et lunam, que nunc etiam multi barbarorum colunt, deos putavisse manifestum est. » Sic et *Sadducei* dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum, ait S. Lucas, *Acto. xxviii.* 3: putabant enim nihil esse ultra ea que oculis cernimus, ac quod non est spectabile, non esse in rerum natura, ut etiamnum

putant alhei, ac homines crassi et animales.

Secunda causa fuit pulchritudo, utilitas, vis et efficacia creaturarum, ut solis, cœli, siderum, aquæ, ignis, terra: ita enim illexit rudes homines ad eos colendum et invocandum, quod his indigere se sensirent, earumque vim et opem experientur: ita Eusebius, lib. III *De Prepar.* cap. n. Accessit, et errorem adjuvit philosophorum mystica theologia, et poetarum elegantes fabule, qui ignem vocavere *Vulcanum*, spiritum aetherum *Jovem*, aerem *Junonem*, aquam *Tethys vel Neptunum*, terram *Cererem*, solem *lunam Thabum* et *Dianam*. Sic et stellis nomina deorum dederunt, eisq[ue] mundi dominum assignarunt, mala ortus error, ut ali cœlum, ali solem, ali aerem, ali ignem, ali terram, ali aquam, ali quid aliud mundi et rerum omnium primum principium ponenter et crederent, teste Aristotele, lib. I *Physic.*; inde eadem superstitionis rugido vulgo per diis habita, et ut numina adorata fuere, ut docet S. Augustinus, lib. IV *De Civit.* cap. 2, et Eusebius, lib. III *De Prepar.* cap. ii, quem audi: « *Egyptii Osirim et Iism solem et lunam esse aiunt, Jovem, spiritum qui per omnia transiret, Vulcanum ignem, terram Cererem, Oceanum humilitatem, ac Nilum fluvium asserunt, cui dominum generationem attribuunt; aerem Minervam appellarent: quos quandoque deos aera dico, aquam, ignem, terram et spiritum, per universum orbem transire contendent, et in variis formis hominum atque animalium communari, quorum cognomine apud homines floruisse, Sol, Saturnum, Opim, praeterea Jovem, Junonem, Vulcanum et Vestam, que omnia Manethus latius scripti: comprehendios autem Diiodorus his verbis: Osiris et Iis sol et luna secundum Egyptios sunt, a quibus trius temporibus, vere, astate ac hyeme, invisibili modo circumductis mundus gubernatur, et omnia nascentur, alutur ei a genitor. » Haec Eusebius ex Diiodoro, idemque confirmat ex Plutarcho; subiect deinde ex Posphyrio: « Aqua deinde atque ignem apprime venerantur, et in omnibus sacris adibent, quia maxime salutis humanæ causa haec elementa sunt; » denique iti concludit: « Haec generosa Graecorum ac *Egyptiorum* theologia, ad sublimiora nos perducere fabularum allegoris polliciti, ad corpora rursus deduxit: nec aliud quam ignem et aquam, et partes mundi colere adhortata est. Quomodo igitur Salvatoris nostri evanescere mirabile non est, quo solis et luna, totius mundi creatorum decant fide colore, nec elementa corporum, nec visibilia quedam, sed eum, qui per haec invisibiliter cognoscitur, cretam intellectum solum admirari, solumque adorem dicimus? qui per omnia penetrans, cum sit incorporalis, solo intellectu percipitur: immo vero ineffabilis et incomprehensibilis est. Panatur autem atque percipitur per ea que facit, quae producta, gubernata, conservata, omnibus ut-*

visibiliter assistens, non celestibus solum, verum etiam terrestribus, magnificentiam operum suorum per hoc ostendens, que illi deo putarunt. » Elogia ergo et nimia laudes, ac quasi adulatioes poetarum, quibus ipsi res creatas quasi divinas ac deos celebrabant, rude vulgus impulit, ut eas deos credoret et adoraret, uti doceat Lactantius lib. I, cap. x et xi.

SPIRITUM. — Aerem subtilorem, aut ventum: venos enim quasi deos cultos fuisse docet Seneca, lib. IV *Natur. quest.* cap. xvi; hinc *Aer* ventorum deus et rector; denique Plato censuit Deum esse spiritum et animam mundi, unde Virgilius:

Spiritus inuis alt, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Et aliis:

Jupiter est quodcumque videt.

Adorabant ergo solem, lunam, stellas, elementa, velut corpus et membra Dei: audi: S. Augustinus, lib. IV *De Civit.* cap. xi: « Ipse in aethere sit Jupiter, ipse in aere Juno, ipse in mare Nephites: in inferioribus ethani maris ipse Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focis domesticis Vesta, in fabrorum fornace Vulcanus; in sideribus sola, luna et stelle, in divinitatibus Apollo, in merce Mercurius, in Jano initiator, in Termino terminator; Saturnus in tempore, Mars et Bellona in bello, Liber in vineis, Ceres in frumentis, Diana in sylvis, Minerva in ingenis, Venus in amorem, Vestal in sacerdotem. »

AUT CITATUM AREM. — Graecæ, ταῦτα ἄρει, id est celorum mobileaque arem, que dicta est Juno: nam ex ἄρι, id est aer, fit ἄρη, id est Juno: unde Macrobius, lib. I in *Somn. Scipion.* cap. xvii: « Juno, inquit, aere cognominata est, quod ipsa aer putatur, et aeris arbitra. » Ratio est, quod Anaximenes, aliique plures censurant omnium rerum principium esse aerem, sicut Thales censuit esse aquam, Heraclitus ignem, Democritus atomos, Pythagoras numeros, teste Aristotle lib. I *Physic.*

AUT GYRUM STELLARUM. — Id est *prima* stellas zodiaci, hic enim est gyrus et circulus, ac quasi zona et cingulum coeli: ita Ilyanus, Hugo, Biognus et alii: haec enim stelle, ac præsenter sol obiens diazœcum, fruges, fructus, omnesque res in terra producent. Unde τοξικα dicuntur a ζῳ, id est vita, quod motu suo vitam rebus subtilibus conferat: hinc constellaciones zodiaci precipue sunt duodecim, que et *signa vocantur*, quia animalium quondam habent similitudinem, de quibus carmen:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libra, scorpius, arcierius, caper, amphora, pisces.

Secundo, planus et plenus per *gyrum stellarum* atque constellaciones, que ex multis partiali-

bus stellis integrantur, itaque quasi gyrum stellarum conficiunt, aut potius orbem stellarum, sive cœlum stellatum, puta cœlum oceatum, scilicet firmamentum: hoc enim tot tantum stellis, velut pyropis aut ignibus, distinctum et variegatum, multi consenserunt esse numerum et deum; unde in Scripturis vocatur *militia celorum*, quam adorarunt ipsi quoque Judæi, ut patet IV Reg. xxii, 5: ita S. Bonaventura, Osirois et alii. Hinc planetis dederunt nomina deorum, summum enim planetarum vocavere *Saturnum*, secundum *Jovem*, tertium *Martem*, quartum *Phœnium*, quintum *Dianam*, sextum *Venerem*, septimum *Mercurium*; ita S. Augustinus, lib. VII *De Civit.* cap. xv et vi: « Apollinem, inquit, quanquam divinatorem et medium velint, tamen ut in aliis parte mundi statuerint, ipsum etiam solem esse dixerunt; Diana namque germanam ejus similiter lunam, et viis presidere; unde et virginem volunt, quod via nihil pariat; et ideo ambos sagittas habere, quod ipsa duo sidera de celo radios terras usque pertendant. Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc est Orcum, terram et in firmam partem mundi. Liberum et Cererem preponunt semiibus, vel illum masculinis, illum femininis; vel illum liquori, illum vero aridati seminum. Et hoc utique totum refutor ad mundum, id est ad Jovem, qui propterea dictus est *progenitor gentium*, quod omnia semina ex se emitteret, et in se recipere. » Subiect Minervam esse summum ethereum, Vestam esse ignem mundi levorem, Ceres rem esse terram.

AUT NIMIA AQUAM. — Graecæ, ταῦτα ὕδωρ, id est violentam aquam, puta mare fluctibus agitatum exundans omniaque obruers; hinc Thales censuit, aquam esse rerum omnium principium, immo eos, aves, pisces, animalia, etc., facta esse ex aquis, sive ex abysso primigenia, plurimorum est sententia, uti ostendi Genes. 1, sub initium: hinc et aqua dicitur, quasi a qua omnia. Porro, aquam nomine *Tethys vel Neptunum*, ut deum esse Perse et Germani, sed maxime *Egypti*, qui Nilum suum, upotes agros exundatione sua irrigantem et fecundantem, velut deum coluerunt, testis S. Athanasio, orat. *Contra Gentes.* Unde Claudio epigr. 6:

Egyptus sine nube ferax, imbreque serenos
Sola tenet, secura poli, non indica venti;
Gaudet aquis, quas ipse vehit, Nilque redundat.

AUT SOLEM ET LUNAM. — Graecæ, φωτῆς, ἡλίου, id est luminaria coeli, quorum unum, scilicet sol, precepit dies; alterum, scilicet luna, nocti, Genes. 1: horum enim præ stellis species et fulgor demen-tent hominum mentes rapuit, ut deos esse cense-rent; hinc Persæ solem coluerunt nomine *Mer-pha*, *Egypti nomine Osiris*, et lunam nomine *Ista-das*; ali nomine *Phœbi* et *Diana*; ali nomine *Apollinis* et *Lucina*; unde et Plinius lib. II, cap. 35

VI et VII, de Deo dubitans: « Si quis, inquit, sit Deus, non aliis erit quam sol. »

RECTORES ORBIS TERRARUM. — *Grecce, πρύτανες:* ita Athenis vocabantur primi magistratus, qui civilia et sacra procurabant; *rectores orbis ergo vocat deos mundi gubernatores, quibus gentiles tribuebant summam potentiam, providentiam et divinatatem, Deo uni et vero propriam.*

3 et 4. QUORUM UNI SPECIE DELECTATI, DEOS PUTAVERUNT: SCANT QUANTO HIS DOMINATOR EORUM SPECIES EST, SPECIEI ENIM GENERATOR HEC OMNIA CONSTITUT. AUT SI VIRTUTEM ET OPERA EORUM MIRATI SUNT, INTELLIGANT AB ILLIS, QUONIAM QUI HEC FECIT FORTIOR EST ILLIS. — Pro speciosior, grecce, est *βέλος, id est melior;* S. Cyprianus, lib. III *Testim.* cap. LX, *preiostior.* Pro generator, grecce est *γενεσίς,* id est generationis auctor vel *principes;* unde ad verbum *veritas,* nam pulchritudinis *genesiarcha traxit ea:* genesiarcha, id est auctor, sive prima origo, vel princeps pulchritudinis generandae. Mundus grecus dicitur *κόσμος,* id est *ornatus,* a sui specie et pulchritudine; unde Lactantius, lib. I *De Ira Dei,* cap. X: « Opus mundi, ait, quo nihil potest esse, nec dispositus ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatus ad pulchritudinem, nec majus ad mollem; » vide dicta *Genes.* I. Verum errant gentes, quod in hac creaturarum specie defixi constituerint, nec assurerrunt ad rimandum earum opificem et creatorem: scire enim poterant et debebant, quod creaturae seipsoe procreare nequiverint, ac proinde quod creantur sint ab alio, puta a Deo: unde S. Athanasius, lib. *De Incarn.*: « Mirum est, inquit, quod nihil ex rebus creatis erabat in nomine intelligendi, praeter solum hominem: non sol, non luna, non solum, non astra, non aqua, non aether immutavit suum ordinem, sed agnoscentes suum opificem, et principem, Rationem, Verbum Dei, eo tenore permanent, quo condiluntur. Soli autem homines aversi ab illa bona statute veritatis, lisque, quae non erant effectis, Dei honore ac ejus cognitionem demonibus et hominibus in lapide effigies dedicaverunt. »

Hinc S. Dionysius, *De Divis. nomin.* cap. 5, ait, Deum esse pulchrum, et per omnia pulchrum, et supremo pulchrum, et semper eodem modo pulchritudinem in seculo ante omnia habere, ac proinde ipsum esse fontem omnium pulchritudinis, et causam omnium pulchrorum que in mundo sunt. Et Boetius lib. III *De Consol. metr.* 9:

Tu mecum superno

Ducis ab exemplo, pulcherrimus ipse
Mundus meate genes, similiq[ue] in imagine formans.

Unde et Plato epist. 2 *ad Dions. regem,* Deum nuncupat causam pulchritudinis omnium: *Platonem de more sequitur Philo, lib. De Opificio mundi.* Quocirca patetissima exclamationis S. Augustinus, lib. X *Confess.* cap. XXVII: « Sero te amavi

pulchritudo tam antiqua et tam nova: sero te amavi: et ecce intus eras, et ego foris: et alibi te querebam, et in ista formosa, quae fecisti, deformis irrueram. » Idem in *Soliloquitis*, cap. XXXI: « Circumibam, inquit, omnia querens te, et properter omnia derelinquens me, interrogavi terram si esset Deus meus, et dixi mihi, quod non, et omnia que in ea sunt, hoc idem confessa sunt. Interrogavi mare et abyssos et reptilia, quae in eis sunt, et responderunt: Non sumus Dei tunc, quere super nos eum. Interrogavi stabilem aeren, et inquit universus aer cum omnibus incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum ego Deus tuus. Interrogavi oculum, solem, lunam et stellas: Neque nos sumus Deus tunc, inquit. Et dixi omnibus his, qui circumstant foras carnis meae: Dicite mihi de Deo meo, quod vos noscitis, dicite mihi aliquid de illo, et clamaverunt omnes voce grandi: Ipse fecit nos, interrogavi prouinde mundi mollem: Dile mihi si es Deus meus, an non? et respondit vox fortis: Non sum, inquit, ego, sed per ipsum sum ego: quem queris in me, ipse fecit me; super me quere eum, qui regit me, qui fecit me. Interrogatio creaturarum, profunda est consideratio ipsarum: responsio eorum, attestatio ipsarum de Deo, quoniam omnia clamat: Deus non fecit, quoniam, ut ait Apostolus, Rom. 1, 20: *Invisibilis per ea, que facta sunt, a creatura mundi intellecta conspicitur.* Et post nonnulla: « Tu Domini principium omnium atque finis, qui es ante primordia seculorum, et ante omnes seculorum origines, tu es Deus meus, et Dominus omnium honorum, quae creasti, et apud te omnium stabilitum sunt cause, et omnium mutabilium apud te immutabilis stant et manent origines, et omnium rationalem et irrationalium atque temporis et temporum semiperma vivunt rationes. » Eadem habet, lib. X *Confess.* cap. VI, ubi et addit: « Domine, amo te. Percessisti cor meum verbo te, et amavi te; sed et culum, et terram, et omnia, quae in eis sunt, ecce mihi undique dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Aliquot autem in misericordia, cui misericors eris: et misericordiam prestatibus, cui misericors fueris. Aliquot culum et terra surdis loquuntur laudes tuas. »

S. VIRTUTEM ET OPERA EORUM MIRATI SUNT. — *Grecce, εἰδούσαι, καὶ τινάς ιατράς,* id est, si potentia et efficacia percussi sunt, intelligent ab ipsi, quoniam qui haec constituit fortia, fortior est illis. q. d. Si miram vim agendi in sole, celsis, stellis, igne, herbis, plantis, ventis, procellis, fulminibus, etc., idololatrie admirantur, ideology ea colunt; multo magis mirentur et colant omnipotentem Deum, qui has vires creaturam induit, sed ita sibi longe maiores reservatur, unde et alias creaturea sua quas creavit, longe efficaciores et fortiores creare posset: ac vires, quas jam creavit, dedi, ad libitum revocat et admittit, ut igni ad-

mit vim urendi tres pueros fideles in fornace Babylonica; leonibus admittit ferociam ne nocerent Danieli, cap. VI; soli, luna et coeli admittit motum et cursum, cum ea sit in imperium Ioseus, cap. X, 13; mari admittit suam continuationem et alveum eum illud divisit ad imperium Moses, ut Hebrei sicco pede transirent, Exod. XIV. Trismegistus in *Pimavado* Deum comparans agricultori: « Aspice, inquit, agricultorum semina in terra gremium diffundentem, albi quidem triticum, hordeum albi, albi vero reliqui generis semina. Aspice eundem vites, malosque et ficas repastinantes atque amputantem. Eodem modo Deus ipsa, in celum quidem serit immortalitatem, in terram vero mutationem, in totona denique mundum vitam ac motum. » Lactantius, lib. VII, cap. iii: « Si Deus, inquit, fecit mundum, fuit ergo sine mundo: si regit, utique sicut mens corporis regit; sed tanquam dominus domum, navinque gubernator, auriga currum; nec tamen mixti sunt in rebus quas regunt. »

5. A MAGNITUDE ENIM SPECIEI, ET CREATURE COGNOSCIBILITER POTERIT CREATOR HOMINIS VIDERI. — Grecas hic variant, Vaticana enim habent, a magnitudine enim speciei, vel pulchritudinem creaturarum; Complutensis et Regia, ex magnitudine enim, et pulchritudine, et creaturis: S. Chrysostomus, hom. 14 in *Genes.*, ex magnitudine et specie creaturarum, universi conditione decenter consideratur; S. Gregorius, lib. XXVI *Moral.* cap. XXIV, per magnitudinem creaturae et speciei potest intelligibiliter creator videri. Pro cognoscibili, grecce est *ἴδεσθε,* id est analogie, sive per analogiam, comparacionem, proportionem, collationem, illationem. Sensus ergo est, q. d. Et magnitudo pulchritudinis et molis, virtutisque creaturarum, analogie cognosci potest, quanto sit magnitudo, tam pulchritudinis, quam immensitas, perfectionis et omnipotenter ipsius creatoris: tum quia ex effectu cognoscimus causam, « ac ex operibus agnosci opifex, » ait S. Athanasius, lib. I *Contra Gentes;* tum quia, si tanta est pulchritudo, quantitas, perfectio et potentia in angelis, sole, coeli, aliisque creaturis finitis et limitatis, quanta debet esse in creatore infinito et quaqueversum illimitato, qui culum et terram implet suae essentia, praesentia et potentia, imo supra culum per spatia illa vacua sua immensitate in immensum se extendit? Hinc enim est analogia, et comparatio analogica creature cum creatore; hinc Dei magnitudo, majestas, potentia, ceteraque altitudina absolute sunt infinita, ita ut eis nil addi possit, adeo ut totus mundus ne vel hilum beo adjectat, sed Deum solus tantus est, quantum est Deus cum mundo coniunctus, quia Deus est immensus plane et infinitus: infinito autem nil addi potest. Sic ut umbra solis soli nil addi incis, sic nec mundus quidquam bonitatis vel perfectionis addi Deo. Mundus enim est umbra Dei.

Aia similitudine id ipsum declarat S. Justinus,

in *Resp. ad Orthodox.*: « Sic ut, ait, quod unum vel unitas est numeri principium, nil confort ad eius perfectionem, nam et cum non esset numeri principium, perfectum erat, et factum principium numeri, non acutum est: sic Deus ante creationem erat perfectus, et post creationem non est acutus; nihil ergo eorum, quae ex creatione sunt, Deum auget: » quo circa ex hoc Sapientis gnoma, et ex illi Apostoli, Rom. 1, 20: « Invisibilis enim Ipsiis per ea, que facta sunt, intellecta conspicuntur, » certum est viribus natura cognosci posse Deum esse, esseque unum: vide rationes naturales, quibus id ipsum probat Damascenus, lib. I *De Fide,* cap. v; Richardus de S. Victore, lib. I et II *de Trinit.*; S. Thomas, lib. I *Contra Gent.* cap. XIII. Hoc est, quod ait S. Dionysius, cap. VI *De Divin. nom.* Deum conspici ex ordinatissima creaturarum omnium dispositione: idem epist. ad Titum: Mundi fabrica, ait, divinarum rerum, que non videntur, est integrum. Et Plato in *Sympos.*, assert ex pulchritudine rerum creaturarum omnium dispositione: idem epist. ad Titum: *xviii, 4;* et a plena est omnis terra gloria ejus, » *Istae vi, 3;* unde hui alludens Apostolus, Rom. 1, 20, ait: « Invisibilis enim ipsius (Dei) a creatura mundi per ea, que facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas: » ubi plura hac de re annovari. Vide *Theodoretum*, serm. 1 et 2 *De Providentia*; S. Prosperus, lib. II *De Vocat. Gentium*, iv, SS. Ambrosium et Basilium in *Hesychiar.* Vide et Job, cap. XXXVIII et sequent, ubi Deus ex magnitudine terre, maris, nubium, pluviarum, tonitruorum, fulminum, Behemoth, id est elephas, ac Leviathan, id est cetus sive balene, etc., stant magnificientiam arguit, imo ad ostendit.

Porro S. Cyriacus lib. I *contra Julianum*, hasce de Deo uno et vero recitat gentilium philosophorum et poetarum sententias; Orpheus: « Enus est, per se existens, unus progenes omnia facta sunt; ipse autem in illis melior est; neque illum quis iniurias est ex mortaliibus, ipse vero omni videntur. » Et post alia iterum: « Ipse enim firmatus in aere celo, auro in throno, super terram autem pedibus vadit, manumque dexteram ad fines Oceanii undeque extendit: tremunt enim in circuitu montesque magni, et flumina, civitates, profundumque jacundi mari. » Pythagore: « Deus quidem unus, et ipse non, ut quidam suspicuntur, extra mundi gubernationem, sed in ipso totus in toto circulo, omnes generationes considerat, contemporaneo existens omnium seculorum, et lux suarum virtutum et operum, principium omnium, lumen in celo, et pater omnium, mens et animatio omnium, circulorum omnium motu. » Platonis: « Nam patrem et factorem universi hujus invenisse, arduum opus est, et inventum om-

nibus eminire, impossibile. » Rursum, inquit, sensi Plato « de uno Deo, nomen quidem illi nullum congruere, neque humanam cogitationem posse comprehendere, sed appellations quae de eo dicuntur, a posterioribus esse, abusiveque de ipso dici. Quod si omnino aliquid, nominibus quibus utimur, de eo dicere audendum, magis appellationem unitus et boni ei tribuendam: nam illud insinuat circuus ipsum simplicitatem, atque per hoc sufficiantem: nullo enim opus habet, nec partibus, nec substantia, nec virtutibus, nec efficacis, sed est omnium horum auctor. Boni autem vocabulum commendat nobis, quod ab ipso omnia quod bonum est, dum ali pro virili imitantiur, si ita licet dicere, proprietatem per quam illam salutem accipiunt. » Mercurii Trismegisti, sive Hermetici maximi: Deum intelligere quidem difficile, eloquuntur autem impossibile, si cui etiam intelligere possibile: incorporeum enim corpore significare impossibile, et perfectum imperfecto comprehendere non possible, et semiplerum confere cum momentaneo diffide: nam hoc quidem semper est, illud autem pretergreditur, et hoc quidem verum est, illud sub apparentia admiratur; quantum igitur infirmius a fortiori, et minus a meliore distat, tantum etiam a divino et immortali mortale. Proinde si quis incorporeos oculos egredior a corpore ad contemplationem pulchri; et subvolet ac contempletur non figuram, non corpus, non spacie inueni querares; sed illud potius quod omnes facere posset, quod quietum, quod tranquillum, quod solidum, quod inconvertibile, quod ipsum omnia et solum, quod unum, quod ipsum ex se ipso, quod ipsum in seipso, quod sibi ipsi simile, quod negue ali simili est, neque sibi dissimile. » Et iterum ille: « Itaque de illa uno et solo bono intelligens, nihil impossibile dixeris: omnis enim virtus ipse est; neque in aliquo ipsum cogites esse, neque iterum quasi altera aliquem, ipse enim est qui sine termino omnium est terminus, et qui a nullo comprehenditur, omnia in se comprehendit. Quoniam quod discrimen est corporum ad incorpoream, et genitorum, ad ingenitum, et necessitatem subditorum ad libere existens, vel terrenorum ad celestia, et corruptibilium ad sempiterna? non quod aliud quidem liberum existat, aliud autem necessitatis subditum. Que autem infra imperfecte sunt, corruptibili sunt. » Sophoclis: « Unus verissime unus est Deus, qui calum ordinavit, et terram ingentem, pontique jucundam undam, et ventorum vim. Plerique autem mortales corde errantes, extrouimus in animarum jaclorum doorum imagines ex lapidibus et lignis, vel ex auro strigatis, vel elephanticis figuris, sacrificia illis et ferias otiosas apparentes, eos colere arbitramur. » Xenophonidis: « Igitur manifestum quod magnus sit et potest omniaque contentat et confirmat: ignotum autem qualis sit figura: neque enim videtur esse

lucidissimum sol, neque hic videtur permittere, ut ipse cernatur; sed si quis imprudenter eum spectet, oculis privatur. »

Moraliter hic disce a creaturis assurgere ad creatorem, ac in singulis Deum inuerti: in iis enim Deus suam pulchritudinem expressit, vel potius adumbravit, uti sol seipsum exprimit in parelio: lege Bellarminum *De Ascensiō mētis in Deum*. Hinc mundus hic S. Antonio, S. Benedicto, S. Bernardo, caterisque anachoretae fuit volumen deitatis, in quo scilicet ipsi Deum Deique magnificientem legerunt et contemplati sunt. Praedictum S. Augustinus in *Psalm. xxvi*: « Circuvi, inquit, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis: immolamus hostiam jubilationis, immolamus hostiam latitiae, hostiam gratulationis, hostiam gratiarum actionis, que verum expli- cari non potest. Immolamus autem ubi? In ipso tabernaculo ejus, in sancta Ecclesia. Quid ergo immolamus? Abundantissimum et ineccarabile gaudium, nullis verbis, voce ineffabili. Haec est hostia jubilationis. Unde quiesca, unde inventa est? Circuendo, inquit, circuvi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis. Circumdat animus tuus per universam creaturam, undique tibi clamabit creatura: Deus me fecit. Quidquid te delectaverit in arte, artificem commandat, magisque si circumdat universa, consideratio concipit artificis laudem. Vides oculos, magna opera bei sunt. Vides terram, Deus fecit, semina innumerata, diversitate germinum, multitudinem animalium. Circuvi adhuc oculis usque ad terram, nihil reliquias. Undique tibi omnia resonant conditionem. Et ipsa species creaturarum voces sunt quedam creatorem laudantium. Quis autem explicit laudibus universam creaturam? quis illam explicit laudibus? quis digno laudet eum et terram, mare et omnia que in eis sunt? Et post nonnulla: « Quis digno laudet angelos, sedes, dominationes, principatus et potestates? quis digno laudet hunc ipsum, quod in nobis. vigeget vegetans corpus, movens membra, sensus exercens, et memoria tam multa complectens, intellectu tam multa discernens, quis digno laudet? at si in istis creaturis illa Dei laboria humana sermo, in Creatore quis agit, nisi sola rest sermone deficiente jubilatio? Circuvi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis. » Idem sermonem *De Tempore*: « Interroga, inquit, pulchritudinem terre, interroga pulchritudinem maris, interroga pulchritudinem dilatati et diffusi aeris, interroga pulchritudinem celorum, interroga ordinem siderum, interroga solem fulgere suo diem clarificantem, interroga lunam fulgere suo sequenti noctis tenebras temperantem, interroga animalia, que moventur in aqua, in terra, que volant in aere, latentes animas, perspicua corpora, visibilia regenda, invisibilis regentes: interroga ista. Respondent tibi omnia: Ecce, vide, pulchra sumus; pulchritudo eorum confessio eorum est

Ista pulchra mutabilis quis fecit, nisi incom- mutabilis pulcher in seipso?

Quid ergo est mundus? « mundus est liber di- vinitatis, » ait Trismegistus, ac S. Basilus hom. 14 in *Hexaem.*, et S. Chrysostomus in *Psalm. cxlviii*. Quid est seculum? « est speculum divinorum, » ait idem Trismegistus; Imo S. Paulus, 1 Cor. xiii, in quo resplendet divina maiestas. Quid est mun- dus? est lyra vel cithara suavem edens divine providentiae concentum, ejus lyrice vel citha- redus est Deus: ita S. Athanasius, orat. *Contra Adolfa*, et S. Augustinus, lib. X *Confess. cap. vi*. Quid est orbis? est pictura pulcherrime variegata (instar campi, qui est quasi tapes floribus herbis que varie coloratus), cuius Apelles et pictor est Deus: ita S. Athanasius et S. Augustinus locis jam citatis. Quid est orbis terre? « est mundi totius templum, » ait Trismegistus apud S. Augustinus, lib. VIII *De Civit. cap. xxm*. Quid est mun- dus? est colossus, est basilica, in civitas pulcherrima, cuius artifex et conditor est Deus, *Hab.* x, 10. Quocirca S. Basilus, orat. *De S. Ju- litta*, ait: « Nox tibi nova preceandi numinis ar- gumenta subiicit: cum oculum suspicis, et in siderum pulchritudinem inuertis, rerum aspectu- tabilium Dominum videt, et optimum hujus universitatis opificem Deum venerare. » S. Paulinus, epist. 4 ad *S. Sever.*: « Omnia sub sole vanitas; prouide super solem veritas. Iota qui in veritate consistunt, etsi intra mundum vivant habitations corpora, tamen supra mundum sunt conversatio- nes coelestes, et astrorum choros, vel celorum polos evolantes spiritu scandunt et supervadunt, celsioresque elementis agunt, » etc. B. Laurentius Justinianus, serm. De *S. Martin.*: « Oculis as- piciet in celum, ubi cordis sui repositum selec- bat esse thesaum: est enim Christus Dominus humilium thesaurus, pauperumque divitiae. O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessio eius! » Baruch iii, 24. Si terram et terrena calcas, punctum celo vastissimo com- mutas; quanta vero est summa illa Dei celo praesidentis magnitudine et maiestas? Si totum cor ei dedas, totum das quod potes, sed reipsa parvitas. Etiiamsi Deo mille diles corda, etiam si immensis animis et ardoribus seraphim illi servires, etiam si mille millionibus annorum ad sudorem pro eo laborares, quid haec sum ad Deum? quid ad tantum charitatem et magnificientiam profluvium?

6 et 7. *SED TAMEN ADHUC* (adhuc non est in greco) *IN HIS MINOR EST QUERELA.* Et si enim fortasse er- bant, dum querentes, et volentes invenire. Ete- niam cum in operibus illius converserint, inqui- runt: et persuasus haesent, quoniam bona sunt que videntur. — Pro querela, greco est *μηνεῖται*, id est reprehensio, culpa. A prima specie idololatrie eorum qui coluerunt solem, lunam, aliasque creaturas, progediunt ad secundam speciem eorum qui coluerunt idola, id est statuas arte ho- minis factas, hancque illa deteriora et gravior-

rem ostendit, ut pro hac illa veniabilis et venia quodammodo digna, vel certe minus indigna videatur. Sensus est, q. d. Soli colles, ecclise, ceterique aliquam creaturam divino honore co- lentes, minus culpam videntur pre illis, qui idola fecerunt et adorarunt: forte enim ipsi id- circio in cultu solis alterius creature errant, quod cum Deum quererent et vellent invenire, solem, stellas, aliasque res creatas ob extiam pulchritudinem considerantes, illis inhenserint, nec ad Deum, quem oculis videre non poterant, mente sustulerint: quare soli aliquis rebus eximie pulchris, quibus nil pulchrius aspicebant, divinitatem tribuebant.

Nota, → fortasse non referri ad errant praeceps: certum est enim eos errare in cultu et adoratione creaturarum; sed ad → errant Deum querentes. q. d. Forte hi aliqua ratione a gravitate sceleris idololatrie, si non in totum, salem excusari possunt, quod fortuitus eorum fuerit error: cum enim quererent Deum, fortuito incurserunt in speciosas creaturas, enique alium Deum non reperiret nec aspicerent, illas pro diu habuerunt: ita Bionysius, Jansenius, Cantacuzenus et alii; unde ait: « Cum in operibus illius converserint (id est cum occupent se operibus Dei con- siderandis), persuasum habent, a grece, μηνεῖται τῷ οὐρανῷ, id est persuadentur aspecta, credunt oculis, « quoniam bona, » grece, *pulchra*, « sunt que vi- dentur, » q. d. Lenocinio oculorum decepti pul- chras has creaturas coluerunt, cum pulchrius nil cernerent, nec Deum pulcherrimum oculis con- tueri possent.

8 et 9. *ITERUM AUTEM NEC HIS DEBET IGNOSCI.* Si ENIM TANTUM POTUERUNT SCRIBE, ET POSSENT ESTI- MARE SECULUM, QUOMODO HUJUS DOMINI NON FA- CILIUS INVERNENTUR? — Est correctio: ne quis enim, ex eo quod extenuavit solicordatum, etc. culpam, eos culpa liberet, idcirco hic eorum errorem arguit, ac venia dignum negat, q. d. Ne haec quidem excusatione studii, et intentione querendi Deum veniam merentur, quia ex scelulo, id est ex mundo, hoc est ei mundi creaturis, facile potuerunt et debuerunt ascendere ad opificem, et agnoscere creatorem; unde ad eum debuerunt oculis men- tis attollere. Pulchra claraque ratione et simili- tudine idipsum demonstrat Trismegistus, *Dial.* v: « Etenim cum statuam et imaginabam absque fabro et pictore fieri nullus asserere audeat, miram mundi hujus constructionem sine conditore con- stituisse putabimus? o cecum homunculum! o nimis impium! o profundis obrutum ignoranterebis! Cave, cave, o fili mi Titi, ne unquam artificium pulchrius artifice. »

ESTIMARE SECULUM. — Grece, *περιόδος*, id est, primo, observare, consulere, et sagacitatem tua penetrare naturam hujus mundi; secundo, conjectare et conjectura assequi, ac per effectus et signa cognoscere *sacrum*, id est mundum, ac res na- turales, que sunt a Deo creatae in mundo; tertio

collimare, in scopum intendere, ac mundi indolem, dotes et proprietates, velut album collimatori propositum, acie mentis figere: sic enim Aristoteles et philosophi tota mentis intensione naturas elementorum, animalium, aliamque rerum physicarum scrutari, easdem intellexerunt et comprehenderunt; sed ibi defix ad opificem et creatorem Deum oculos non sustulerunt, ideoque « evanerunt in cogitationibus suis, » ut ait Apostolus, Rom. I. Idem hodie videre est in multis philosophis, astrologis, mathematicis, mercatoribus, artificibus, adeoque major pars hominum creature aliqui inheret, et obliviscitur Creatoris: que magna et summe miseranda est mortalium vanitas et cecitas.

10. INFELICES (*ταλαιπωρεις*, id est *miseri, æfumosi, calamitosi*) AUTEM SUNT, ET INTER MORTUOS SPES ILLORUM EST, QUI APPELLAVERUNT DEOS OPERA MANUS HOMINUM, AURUM ET ARGENTUM, ARTIS INVENTIONEM, ET SIMILITUDINES ANIMALIUM, AUT LAPIDEM INUTILEM OPUS MANUS ANTIQUE, q. d. Idololatrii illi qui colunt solem, lunam alias res creatas, longe miseriiores sunt et infeliciores idololatras illi, qui colunt idola et simulacra ex auro, lapide, ligno, argilla ab artifice humana arte efformata: quia illi colunt opera Dei, hi vero opera hominum, puta fabrorum, figurorum, pictorum, etc.: ita S. Athanasius, orat. *Contra idola*, qui et addit, quod fabri non possunt fabricare deos, sed fabriles duntaxat statuas, easque animas, quas animare et vivificare nequeunt, multo minus deificare; Deus autem inanimata potest animare, humana deificare, et ex hominibus deos efficere, iuxta illud Psalm. LXXXI, 6: « Ego dixi, dñi astis, et filii Excelsi omnes; » imo Deus hominem unius Verbo in Christo, illum vere deus efficit: « nimis enim stultum est credere deos, quos fecerunt homines, plus valere apud eos, quos fecit Deus, quam valent ipsi homines, quos idem ipse fecit Deus, » ait S. Augustinus, lib. VIII. *De Civit. cap. xxiv.*

INTER MORTUOS SPES ILLORUM EST. — Græce, *την μορτωτης spes illorum sunt*, hoc est, *primo*, q. d. Hi idololatrie in idolis inanimis et mortuis spes suas defigunt, ac deos non vivos, sed insensibiles invocant; hinc *secundo*, Vatabulus vertit, *morta est spes illorum*, id est earent omni spe, quia illi defixerunt in idolis mortuis, que eos juvare, imo audire nequeunt: quare spes eorum est desperata, ideoque non est spes, sed desperation. *Tertio*, q. d. Adeo sunt desperati ut quasi in numero damnatorum, qui omnem salutem spernunt, esse videantur; aut, q. d. Sic mortui non habent spem vite, sic idololatrie non habent spem salutis; sed siue illorum vita, siue horum salus est desperata, quia parent fide et cogitatione Dei, a quo solo salvare possunt. *Quarto*, q. d. Non sperant, hoc est, non exceptant nisi mortem et damnationem, ut inter mortuos et damnatos deputentur, hoc enim et nul aliud eos manet et

exspectat: ex adverso de fidelibus et justis dixit, cap. III, vers. 4: « Spes illorum immortalitate plena est. » Omnes hi sensus veri sunt et appositi, sed primus planior et simplicior videtur: hoc est quod canit Psaltes, Psalm. CXIII: « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. »

AURUM ET ARGENTUM (puta aurea et argentea similia, statuas ex auro et argento fabricatae, statuas, inquam, inanimas deorum, imo hominum defunctorum) DEOS APPELLAVERUNT. — Fovit iuvitque errore et superstitionem diabolos, qui, ut ex Trismegisto docet S. Augustinus, lib. VII *De Civit. cap. vi*, et lib. VIII, cap. xii et seq., in simulacra se insinuans, per illa loquuntur, datibatque responsa et oracula; unde illa velut numina a populo consulta et culta sunt; sed audi Augustinum: « At ille (Trismegistus) visibilia et concretabiliter simulacra velut corpora deorum esse asserit; inesse autem his quosdam spiritus invitatos, qui valeant aliquid, sive ad nocendum, sive ad desideria eorum nonnulla compienda, a quibus eis divini honores et cultus obsequia defunduntur. Hos ergo spiritus invisibilis per artem quandam visibilium rebus corporalis materie copulare, ut sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata et subdita simulacra, hoc esse dicit deos facere, eaque magnam et mirabilem deos faciendo acceptissime homines protestant. » Nota hic gentilium sapientissimos, quais fuit Trismegistus, censuisse idola esse corpora et membra deorum, puta diabonum, itaque ea adorasse, siue nos adoramus humanitatem et corpus Christi. Porro, quis, quantus et quam antiquus fuerit hic Trismegistus, ita declarat idem S. Augustinus, lib. XVIII, cap. XXXIX: « Nam quod attinet ad philosophiam, quae se docere aliquid proficit, unde fiant homines beati, circa tempora Mercurii, quem Trismegistus vocaverunt, in illis terris ejusmodi studia claruerunt, longe quidem ante sapientes vel philosophos Graecie; sed tamen post Abraham, Isaac, Jacob et Joseph, nimirum etiam post ipsum Moysen: eo quippe tempore quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus, Promethei frater, maternus avus Mercurii maior, cuius nepos fuit Trismegistus ille Mercurius.

ARTIS INVENTIONES, — *την αρχας*, id est *meditationem, excogitationem, fabricationem*, hoc est, opus ingeniosi, arte excogitatum et elaboratum. Refert haec ad aurum et argentum per appositionem, q. d. « Aurum et argentum arte fabricatum, etc., deos appellavere; » sic et S. Paulus, Actos. XVII, 29, idolum vocat « sculpturam artis et cogitationis hominis, » id est simulacrum ab homine artificio excogitatum et sculptum; S. Augustinus vero apte idola vocat *phantasma hominum*: nam libro *De Vera relig.* cap. XXXVI, cum dixisset alios adorare solem, alios lunam, alios stellas, subiicit: « Sed inter hos illi sibi videntur.

ter religiosissimi, qui universam simul creaturam, id est munudem totum cum omnibus que in eo sunt, et vitam, qua spiratur et animatur, quam quidam corpoream, quidam incorpoream esse crediderunt. Hoc ergo totum simul unum Deum magnum esse arbitrantur, cuius partes sint cetera: non enim universa creatura auctorem conditoremque noverunt; inde est quod in simulacra precipitant, et ab operibus Dei usque in opera sua demerguntur, que tamen adhuc visibilia sunt: est enim aliis deterior et inferior cultus simulariorum, quo phantasma sua colunt, et quidquid animo errante cum superbia vel tumore cogitando imaginati fuerint, religione nomine observant. Quocirca appositi idem S. Augustinus, Quesit. XXIX in *Josue*, art. mystica et maxima idola esse phantasma artificis et cupiditatis nostra, cum quis scilicet sectatur et colit honores, opes, deliciae, quas sibi imaginatur, et ut summum bonum representant: quod promove plane demolienda et eradicanda esse asserit.

AUT LAPIDEM INUTILEM (q. d. Non tantum aurea et argentea simula, sed et lapidea ex immobili et vili lapide efformata, deos appellaverunt, ut etiamnum Rome videmus priscorum deorum vivos in marmore vultus), OPUS MANUS ANTIQUE. — Simulacro enim veneracionem auxit, quod esset opus antiquum antiqui artificis: sicut etiamnum Rome et alibi prius Romanorum statuas, ob voluntatem majoris sunt pretii. Accessit veterinarum et vulgi superstitione, credentium simulacra post certam annorum periodum miran sortiri virtutem: de quae vide Guilielmum Parisiensem, lib. *De Legibus*, xxiij, et Delphinum in *Magic.* Porro primi ex gentilibus christiani in odium idololatrie tunc grassantur, ut longissima ab idolis prisostis se recessisse testantur, nullis imaginibus, præserunt Dei, utebantur in templis, unde a gentilibus vocabantur *athæ*: quam calumniam refellunt S. Justinus, Arnobius, Athanasius, Augustinus, Tertullianus et alii, qui apologetas pro christianis contra gentes scripsere. At cum per Constantium idololatria sublata fuit, ut jam non foret recidiva in illam periculum, fides indubitate imagines Christi, B. Virginis, et sanctorum in templis, ut Romæ vetustissimas, tum in templis, tum in cryptis conspicimus: quarium usum probavit Ecclesia, sanctum definit in Synodo VII generali, que fuit Nicena II, et Tridentina, sess. XXV, sub initium: imagines enim sunt radium libri, in quibus legunt gesta Christi et sanctorum, ut illa imitentur, et illos venerentur. Haec enim de simulacris ex auro, argento, lapide fabricatis, nunc subiecti similia ex ligno fabricata, que crebriora sunt, ac eorum vilitatem et indignitatem demonstrat, ait ergo:

11 et 12. AUT SI QVIS ARTIFEX FABER DE SILVA LIGNUM RECUT MISCERET, ET HUJUS DOCTE BRADAT

GENEM CORTICIS, ET ARTE SUA USUS, DILIGENTER FA-

BRICET VAS UTILE IN CONVERSATIONE VITE, RELIQUE-

AUTEM EJUS OPERIS, AD PREPARATIONEM ENCLÆ ABUTA-

— « Aut si quis, » repeate ex verso preced.

« appellaverunt deos opera manuum hominum, »

puta simulacra, ut ex auro, argento et lapide,

sic et ex ligno fabricata, quorum vanitatem va-

nusque superstitionem graphicæ loci versus et

sequenti depingit, quod scilicet faber Lyranus

secans arborem, illamque decorticans, ex illa

fabricet aream, mensam, tenesoram, aliud in-

strumentum, utile ad communis usus hujus

vite: ex ejus vero reliquis et rejectamentis,

partim accendat ignem, quo escam coquat, par-

tim faciat idolum, hoc est effigiem hominis vel

animalis, quam perpolitam in templo collocet,

et clavis ferrea area affigat, ne labatur et cor-

ruat. Eodem plane modo idolorum fabricam de-

pingit et subsonam Baruch toto cap. VI, Jeremias,

cap. x, et Isaías, cap. XLIV, 9 et seq., quos hic

Sapiens imitari videbat: quare que ibi dixi, hic

non repeatam, ideoque pauci, quæ sequuntur

perstringam.

ARTIFEX FABER. — Græce, *τεκτον*; *τεκτον*, id est

materialis, faber materialius vel lignarius,

qui materialia parat ad aliquod opus; ut verbum

τεκτον; idem est quod *silvam ostendit*: silva enim

de arbores quasi materialia fabris ad opera fa-

braria: *σιλβα* enim est *silva*, indeque materia, Lat-

inum enim sepius grecas aspirationes vertunt in

litteram S, ut pro *τεκτον* dicunt *super*, pro *τεκτον* *sus*, pro *σιλβα* dicunt *siba*; unde *σιλβα* significat

quoniamlibet materialium, sed pro omnibus *σιλβα*.

Sensus est, q. d. Mechanicus et viles fabri-

cavit idolum: ipse ergo prestans est idolo,

qui opifex prestat suo opere, et anima preli-

bus prestat idolum inanimato; unde pudenter fabrum

adorare idolum a se factum, quia sed idolum

omnem formam et pulchritudinem a se accepisse;

quare cum ipse non sit deus, multo minus idolu-

mu esse deum, cum ipse deos fabricare nequeat.

LIGNUM RECUTUM. — Græce, *τεκτον*; *τεκτον*, id est

plantam vel arborem, que facile colliguntur (*τεκ-*

τον enim est *liquido, mollio, tabefaciens*, resolutum,

purescit, corruptum; alii legunt *τεκτον*, id est

facilem factu, elaboratum eleganter; Vatican

legunt *τεκτον*, id est *bene mobilem*, quod facile

obediat manu artificis, non enim a queru solet

excindiri simulacrum; alii *τεκτον*, id est *bene ge-*

nitam, recte natam et formatam. Noster apposite

vertit, *rectum*, quia quæ recta sunt facilis for-

mantur, unde dicuntur *τεκτον* *διδίξεις*, arbores

quarum venæ et fibra recte fluunt; hinc Compli-

tantes vertunt, *rectum*; Vatablus, eximium; alii,

accommodatum, aptum, tractabile; Contacenzus

exponit, *idoneum*, *rectum*, *agile*. Pro diligenter,

græce est, *τεκτον*, id est *decenter*, *deore*, *con-*

cinne, *elegantior*. Pro utili perperam Lyranus,

Hugo, Dionysius legunt, *τεκτον*.

IN CONVERSATIONE VITE. — Græce, *τεκτον*, *τεκτον*,

τεκτον, id est *in ministerium vita. Pro reliquis,*

grecce est, ~~admodum~~, id est resscissamenta, rejectamenta, residua a ligno resecta. Graeca ergo sic habent, rejectamenta vero operis in præparationem esse expendens, satiatus est. Exaggerat vilitatem materie idolorum, siquidem ex eodem ligno conficitur idolum, ex cujus ramentis, seu ramis, cibis equitur, quo recreetur et saturetur.

ABUTATUR. — id est utatur : sic Cicero, act. 3 in *Verrem*, et lib. 1X, epist. 6, ut se tempore et vacuatione, quam sibi respublika concedebat, *abutit*, id est ut ad studium ; sic jurisconsulti dicunt, non ut rebus *usu* non consumuntur, *abutit* vero iis que *usu* consumuntur, qualia hie sunt ligna, quibus ignis ad coquendum accenditur; unde Cato, *De Rustica*, cap. LXXV, ait: « Donec omnem caseum cum melle abusu erit », id est *consumptus*. Rursum *abutit* apud Ciceronem et alias classicos est abunde vel copiose uti, sicut lignis multis ad ignem culinæ copiose uitetur, ideoque *abutitur*.

13. ET RELIQUM HORUM, QUOD AD NULLOS USUS FAS-
CIT, LIGNUM CURVUM ET VORTICIBUS PLENUM, SCULPAT
DILIGENTER PER VACUITATEM SUAM, ET PER SCIENTIAM
SUE ARTIS, FIGURET ILLUD, ET ASSIMILET ILLUD IMAGI-
NEM HOMINIS. — Pingit hic fabrum lignarium scul-
pentem simulacrum, sive idolum, ut ostendat
illud nil habere numinis, sed merum esse fig-
mentum cogitationis et operationis artificis, ad
illus arbitrium et libitum fabrefactum. Singula
pera verba habent emphasis, et peculiarenae idoli
militiam denotant; unde ait, *primo*: « Reliquum
horum, a grecis, οὐδὲ εἰς αὐτοὺς ἀπέγειρα, id est eorum
reverendum, q. d. id quod ex lignis rejicitur,
quasi segmentum ineptum ad formandum vas,
et ad strundendum iugum, hoc fecit simulacrum et idolum. Secundo, « quod ad nullos usus facit, »
q. d. Inutile ad omnia. Tertio, « curvum, »
a grecis, εὐκράτη, id est tortuoso, obliquum, distor-
tum. Quarto, « vorticibus plenum, » grecis, οὐδὲ
οὐδὲ περιπλόκο, id est cum nodis natum, nodosum, ra-
mosum, οὐδὲ enim est nodus, indeque ramus
enaspen; Noster nodos vocal *vertices*, vel *Va-*
ticanus habet, *vertices* (id enim sunt *vortex* et
verte), quo d. in seipso verlantur et contorquentur
instar rotationis et vertiginis, ut facient vor-
tices aquarum, juxta illud Ovidii, lib. IV *De Pont.*:

Crebro vortice tortus

Lignum enim enode planum est, pulchrum et facile elaboratur; nodosum vero, asperum, deforme et difficile. Quanto, quod illud « sculptil diligenter per vacuitatem suam, » grece, *εἰμιανίς ἀράς*, id est in *diligentia*, curia, industria et sibi sui. Hic ergo vacutus non lignum excavatum, ut vult Lyraeus, nec vacuum et inanem laborem, ut vult S. Bonaventura, nec vacuum cerebro sive amorem, ut vult Dionysius, sed *otium significat*, qd. Lignum idoli adeo rude est, ut a fabro magno studio, cura et arte sculptil politique

debeat; sed ipse alius rebus ad famam sustentationem necessarius occupatus, id ipsum sculptum sculptique tantum per etiam, cum similet ab aliis operibus magis urgubentibus ostiatur; idolum ergo est opus illud, ideoque negleguntur, imperficiens et nullus momenti. *Sexto* addit, quod per scientiam eius artis figurę illud, græca, & iānūcōvīa, id est in experientia intellectu, habet, et hoc per experientiam, qua erubro sculptum, scientiam et artem affabre sculptendi sibi comparavit. Igitur idolum ignoramus et carens mente, indiget scientia, mente et arte hominis hominum, ejusque est opus et pigmentum: hic enim dat illi suam formam et figuram, omneque deus; at divinitatem, quam non habet, ei tribuere nequit. *Sexto*, «assimilat illud imaginis homini», q. d. idolum adeo non est Deus, ut ne quidem sit homo vivens, sed imago tantum mortui homini, vivi ab homine efficta. Ergo non verus, sed fictus picturesque deus est; unde Horatius illud ridens, lib. i, *Serm. 1*, satyr. 8:

Cum faber incertus scannum faceretne Priapum,
Maluit esse deum.

Pleraque ergo idola habuerunt speciem hominis, quia deos omnes constat fuisse homines: homines enim insignes ob fortitudinem, imperium, beneficentiam, aut beneficium reipublica praestitum, a populo relati sunt inter deos: audi Tertullianum, lib. De *Idol.* cap. xv: « Recognoscimus omnem idolatriam in homines esse culturam, cum ipsis deos nationum homines rebo fuisse apud nos constet. » Idem docet S. Augustinus, topo cap. xxvi, lib. VIII *De Civit. et S. Cyprianis*, quod *Idola non sunt deos*. Constat Saturnum, Iovemque, Minervam, Mercurium, Cererem, Venemur fuisse homines, ut fusa dico Tertullianus, *Apolog.* xi, ubi pariter ostendit quod iudicem fieri scierati.

Porro tam opere Sapiens, æque ac proptere,
vanitatem idolorum vilitatemque describat, quia
primitus idolatria consistebat in adoratione
deorum in templis vacuis, sicut illis eorum simu-
lacris, tuncque parecet et rarior erat; postea vero
cum deorum fabrefacta sunt simulacra, eaque
eleganter sculpta, depicta, et auro gemmisque
ornata, tunc illa, utpote oculis conspicua, passim
ab omnibus coli cogere, itaque valde per idola
crevit idolatria, ut docet Terullianus, lib. De
Idolatria, cap. iii. Unde et S. Augustinus, lib. IV.
De Civit. cap. iii., att Ciceronem risse idola et
idolatras; et cap. xxxii., asserit Varronus Romanorum doctissimum censuisse, Deum non esse
idolum, sed « animam motu et ratione mundum
gubernantem; » ex aede modum codem subjicit: « In-
cit etiam antiquos Romanos plusquam annos centum et septuaginta dies sine simulacro coluisse:
Quod si adhuc, inquit, manisset, castius dii ob-
servarunt. Cuius sententia sue testem adhuc
est invenerimus, in libro sexto, Indram: ne dubitat

sum locum ita conducere, ut dicat: Qui primi simulacra deorum pepulis posuerunt, eos civitatis suis et metum dempserunt, et errorem addisse, prudenter existimat deos facile possit in simulacrum solitidate contemnit. Quod vero non ait, errorem tradiderunt, sed addiderunt, jam utique fuisse tamen sine similitudine intelligi vult errorem. Idem testatur Plutarchus in *Vita Numae Pomпili*, secundi Romanorum regis, qui Romulo successit: *Hic, inquit, Romanos prohibuit existimare imaginem Dei aut hominis speciem, aut animalis habere formam.* Nec fuit apud eos neque facta Dei prius species, sed in prioribus centum et septuaginta annis, tempore quidem addabant, sacraria teguria erigebant, simulacrum vero corporum nullus diebant: perinde atque nefas esset deterioribus meliora assimilare, neque aliter atque intelligentia Deos percipi posset. Idem docet Clemens Alexandrinus, lib. I *Stromat.*, Eusebius et alii.

porro hunc colorem vocat *fucum*, quia ex obdantes statuan idoli, tegebant omnes ejus maculas, fodox, colores et sordes, ut subdit Sapiens, quod erat facere fucum populo: *fucus enim vocatur unguentum, vel pigmentum, quo mulieres tinguntur et colorantur, ut pallorem luridum, ac vilie corporis obtegant: quare fuce rubrum vel roseum colorem facie inducent;* unde Comicus:

Nam istach veteres, que se unguntis uncitata
Velute, edentula, que vita corporis fuce occulant.

Denique fucus quoque et colore fieri potest. Tunc hunc locum a vers. 11 clare et eleganter vertat Valerius hoc modo, *aut cum quis faber materiarum eximiae arboris succise, omnem circa cornicem sete distracti, et inde vas usus vite profutrum artificiose pulchrebus fabricavit: opifici vero recensamentis apparonto cibo consumptis salutis, resectum inde nullus usus insipuum sumptus truncans ramisque nodusum, per ottimam sculpsit diligenter, et*

Post Numam ergo Tarquinus Priscus, vanitate et stutitia, gloriosa superstitionum hetrascurumque domi imbutus, Romanos edocuit simulacra dii ponere; unde ipsa Capitolium edificata, illudque Jovi dedicavit. Imo prisci gentiles prima simulacula eorum fecerunt absque effigie hominum vel animalium, in radi trunco, vel informi ligno, maxime dum ea figerent ad discriminandos agrorum ditacionumque terminos; unde Lucas, lib. III :

*Simulacraque mœsta deorum
Aenei sunt emissus artent informis truncis*

Postea deo Termio faciem hominis dedere, sed
truncam sine manibus, brachis, pedibus, etc.,
uti adhuc videre est Rome in prisca Termino
imaginibus. Denique crescente arte æque ac su-
perstitione, deo pinxerunt et sculpserunt plena-
et perfecta effigie hominis, eamque coloribus
purpura, coronis aureis, sceptro ornarunt, ut
eam venerabilis rudibus efficerent; atque tum
idolatria adeo increvit, ut idola etiam plateas
forum, balnea, stabula et domos replerent, ut
testatur Tertullianus, lib. *De Specie*, cap. viii.
enitudo addit: «Totum sæculum Satanas et angeloi
eius repleverunt.»

14. AUT ALICUI EX ANIMALIBUS ILLUD COMPARAT,
PERLINIENS RUBRICA, ET RUBICUNDUM FACIENS FUGO
COLOREM ILLIUS, ET OMNEM MAGULAM, QUE IN ILLO
EST, PERLINIENS. — Crevit superstitio idololatriæ,
ut idola fingerent effigie non hominis, sed animalis enjupissemus, ejusmodi sunt et objecti (hoe
enim est graueum tristia), puta canis, felis, simiae,
muscae, qualis erat Beelzebub. Perliniens ru-
brica, grecæ, p̄pæ, id est minima, sicut prisca
librorum vel capitulii rubeo colore nota-
bant, qui inde *ruber* sunt dicti. Prisca ergo
idola tingebant rubet color, velut purpureo
et igneo, purpura enim est vestis regum; ignis
vero index divinitatis, ut significarent eos esse
reges universi, fulminaque et ignes vibrare;

reunt qui sciebant illa non posse seipsa sus-
tine, sed opa aliena indigere, eo quod idolum
non aliud sit, quam imago imbecilla, que opus
habet alterius auxilio et sustentaculo. Ideo idoli
improperial Jeremias, cap. x, vers. 4: « Clavis
inquit, et malleus compedit, ut non dissoluatur,
etc, portata tollentur, quia incedere non val-
lant; » et Baruch, cap. xi, vers. 26: « Si cederint
aut, a semitipsis non consurgunt, neque si quis
eniam statuerit reclum, per semitipsum stabit. »
Vere S. Augustinus, serm. 29 *De verbis Domini:*
« Deus aures, ait, et deus ligneus ad pretium dis-
paris sunt: ut habere oculos, et non videre pa-
runt sibi.

17. ET DE SUBSTANTIA SUA, ET DE FILIIS SUIS, ET

DE MUNTO VOTUM FACIENS INQUIRIT, NON ERUBESCIT
LOQUI CUM ILLO, QUI SINE ANIMA EST. — Greco, tandem pro possessionibus, pro moptis suis, et pro liberis illi ἐπενθητοῖς; id est orans, vel vota muncupans, in animo verba facere non erubescit: ita Vatablus; quare et inquirit non est in Greco, sed subauditur et sententie vido adiunget, q. d. Quenam est illa vesania, ut videlicet idōlōne et stupido vota faciant ad hoc, ut felices sortiantur nuptias, liberos et possessiones, ab eoque inquirant, num eas assecuturi sunt, an non? cum idolum inanitatem, ne loqui, nec audire, non intelligere, multo minus propheteat valeat: vide Baruch, cap. vi, vers. 33 et seq. Porro Hebrews, gentiles et christiani, cum quid a Deo vel ab idolis postularent, solidos prebus addere vota, ut facilius rem impetrarent, notissimum est: audi Valerium Maximum, lib. I, cap. 1: « Priso etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est preicatione, cum expodendum volo, cum solvendum, gratulatione, cum inquirendum, vel exitis, vel sortibus: imperito, cum peragendum, solemnii ritu sacrificio: quo etiam ostentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur. »

18 et 19. ET PRO SANITATE QUIDEM INFIRMUS DEPRECATOR, ET PRO VITA ROGAT MORTUM, ET IN ADJUTORUM INUTILEM INVOCAT. ET PRO IUNCIRE PETIT AB EO, QUI AMBULARE NON POTEST: ET DE ACQUIRENDIS, ET DE OPERANDO, ET DE OMNIUM RERUM EVENTU PETIT AB EO, QUI IN OMNIBUS EST INUTILIS. — *Infirmum*, non agnum, sed invalidum et impotentem: hoc enim est ἀρνῶν. Mortuum, id est anima et vita destitutum. Est cataphraxis: proprie enim mortuus diebet, qui aliquando vixit, vitaque est capax; idolum autem vite est incapax. *Inutilis*, grece, ἀμορφός, id est *inperfectissimum*, *ignarissimum* et *ignavissimum*, utpote qui nunquam potuerit experiri, et per experientiam aliquid cognoscere. Petrus Nannius legit ἀπόστολον, id est *egregissimum*, et ope conceitio destitutissimum, ut totuero per antitheses decurrat, q. d. Pro ope invocat opis indiguum, et a Vatablio verit, *extremo inopeno*. Noster videtur legisse ἀπόστολον, id est *inutilem*; aut ἀμορφός, id est *summe cacum*, mulsum et mancum, aut ἀπόστολον, id est *per et crumenam extreme destitutum*, hoc est pauperium.

ET PRO ITINERE PETIT AB EO, QUI AMBULARE NON POTEST. — Vatablus, pro *itinere faciendo ne gradum quidem facere valenti supplicat*, quasi dicat: Idololatria, ut *felix* habeat iter, invocat idolum velut ducent itineris, qui nec pedem quidem movere potest, juxta illud *Psalm. cxiii*, 1: « Pedes habent, et non ambulabunt. » Sic Romani deam itineris *Iherusalem* et *Domitiam* vocabant et invocabant; fessi vero deam *Fessanam*, teste S. Augustino VII *De Civit.*, cap. III.

DI ACQUIRENDIS, ET DE OPERANDO, ET DE OMNIUM RERUM EVENTU PETIT AB EO, QUI IN OMNIBUS EST INUTILIS. — Greca clare et eleganter habent, pro *questis*, *opifciis successu*, *manuunque dexteritate* et

